

Beiträge zur Kenntniss der malayischen und indischen Pentatomiden.

Von G. Breddin, Halle a. d. Saale.

Antestia confusa n. spec.

Unter dem Sammelnamen *Antestia cruciata* Fab. vereinigen die Autoren eine Reihe in Habitus und Zeichnung zum Theil sehr verschiedener Formen. Indem ich in der kleinen in Ceylon und dem festländischen Indien nicht seltenen, aber so viel ich weiss, im malayisch-australischen Gebiet fehlenden Form die typische Art sehe, trenne ich davon die auf den Philippinen häufig vorkommende grössere und, nach meinen Materialien zu schliessen, durchaus beständige Form ab.

A. cruciatae Fab. affinis, at maior, supra opaca vel parum nitidula et (corii regionibus typice glabris exceptis) sat fortiter et modice dense punctata; scutello pone partem basalem leviter longitrorsum convexam transversaliter rugoso. Pronoti margine postico medio plus minusve leviter calloso-subreflexo; disco mox pone cicatrices in rugam levem transversam elevato. Scutello distincte longiore quam latiore; apice, fere ut in *A. cruciata* modice late corrotundato. Antennarum articulo secundo quam tertio distinctissime brevior (2:3).

Infra sulphurea, supra cum capite inferno, epipleuris, propleurorum limbo exteriore, rostro (articulo primo excepto), pedibus antennarumque basi dilute aurantiaca; scutello pronotique disco anteriore sulphureis. Maculis corporis superni typice nigris, hic plus minus dilutis; iis in corio et apicalibus scutelli magis minusve in nebulas fuscascentes dissolutis. Scutelli maculis duabus basalibus modice distantibus subquadrantiformibus (i. e. marginibus interioribus rectis et fere parallelis, margine exteriore subrotundato; his marginibus angulum apicalem distincte acutum includentibus). Maculis posterioribus scutelli cum maculis basalibus in iisdem lineis longitudinalibus positis (nec basi extrorsum dislocatis), sat late distantibus, distincte vittiformibus (i. e. antice quam postice non multo latioribus), a margine exteriore scutelli praesertim antice remotis, saepe interruptis; marginibus interioribus harum vittarum plus minus distincte sinuatis. Maculis quatuor posterioribus pronoti angustiusculis lateque distantibus. Maculis corii ventrisque vittis macularibus fere ut in *A. cruciata*

dispositis, harum interioribus saepe evanescentibus. Capitis incisuris interlobariis saepeque etiam limbo ipso basali nigricantibus. Plagulis unica intercicatrici pronoti, duabus discalibus antemedianis scutelli dilute croceis. Antennarum articulis quinto, quarto tertioque (huius parte tertia basali excepta) nigris. Membrana piceo-nigra, margines versus sensim sordidescenti-hyalina. Segmentis connexivalibus intus nigris, extus stramineis; ventris limbo immaculato.

A congenericis similibus scutelli lituris commodissime. pistinguitur.

Long. corp. cum memb. 9—10½ mm; lat. hum. 5½—6½ mm.

Ins. Philippinae. — Mus. Hamburg. et coll. mea.

Canthecona Vollenhoveni n. nom.

Unter dem Namen *Canthecona furcellata* Wolff beschrieb Vollenhoven (Essai Faune Ent. Arch. Ind.-néerl. III., pag. 5) eine Asopine aus Java, Amboina und Timor. Ich wies, dieser Angabe folgend, ein mit der Vollenhoven'schen Diagnose vortrefflich übereinstimmendes Thier aus Java und Lombok dieser Art zu (Jahrb. Hamb. Wiss. Anst. XVI., 2. Beiheft, pag. 12). Nun findet sich aber unter den Materialien des Hamburger naturhist. Museums eine aus Hinterindien mehrfach eingelieferte *Canthecona*, die von jener sundanischen Art durchaus verschieden ist, und in der man wohl den echten *Cimex furcellatus* Wolff sehen muss. Wenigstens stimmen diese letzteren hinterindischen Stücke mit der Diagnose und Abbildung des von Herrich-Schäffer aus Bengalen beschriebenen *Asopus armiger*, den die Autoren als Synonym zu *C. furcellata* ziehen, vollkommen überein. Ich trenne also die Arten folgendermassen:

Canthecona furcellata Wolff (nec Vollenhoven) 1881 (als Cimex). — Festländisch Indien, Philippinen (nach Stål). [*Asopus armiger* H.-Sch. 1844.]

C. Vollenhoveni Bredd. — Lombok, Java [Amboina, Timor sec. Voll.] *C. furcellata* Voll. (nec Wolff) 1868.

Die Unterschiede sind folgende:

Canthecona furcellata Wolff.

Processu humerali pronoti longo, ultra ventris latera utrimque graciliter prominente, distincte quamvis leviter antrorsum incurvato; dente apicali anteriore acutissimo denticulumque posteriorem subobsoletum extrorsum multo superante. Punctura corporis superioris fere ubique nigra, lituris corporis et pedum

nigerrimis. Angulis basalibus scutelli macula glabra magna, rotundata, fere aequae lata ac longa notatis; apice scutelli late luteo, basin mediam versus tantum punctulis nonnullis piceis notato. Tibiis anticis sat late dilatatis; tibiis posterioribus basi apiceque cum apice tarsorum nigris. Ventris punctura sat forti et densa, punctis in omnibus, quae examinavi, speciminibus concoloribus (nec fuscis).

Birma [Carin Chebà (900—1100 m, leg. Leon. Fea 5, XII., 1898), Bhamò (leg. idem VIII., 1896), Rangoon (leg. Schneehagen.) Mus. Hamb.].

Canthecona Vollenhoveni n. nom.

♀. Processu humerali brevi, ultra ventris latera utrimque parum prominente, extrorsum directo vel potius levissime retrorsum curvato; dente apicali anteriore obtuso, sat parvo dentemque posteriorem extrorsum vix superante; toto igitur processu si vis apice obsolete furcato, ramoque furcae anteriore quam posteriore, paululo maiore magisque prominulo, at obtusiore. Corpore dilutius colorato; punctura corporis superioris plerumque piceo-brunnea; capite superiore et lituris corporis pedumque plus minusve dilute picescentibus. Angulis basalibus scutelli linea angusta, flava, obliqua notatis; punctura scutelli usque ad apicem ipsum piceo-brunnea. Tibiis anticis plus minus obsolete laminato-dilatatis. Tibiarum posteriorum apice tarsisque in speciminibus, quae vidi, concoloribus. Punctis ventris in iisdem speciminibus quam in *C. furcellata* paulo remotioribus piceis vel ferrugineis; lituris lateralibus subannuliformibus ventris ex punctis nigris confluentibus. In pronoti dimidio anteriore maculae longitudinales quatuor flavae nonnunquam apparent, quarum exteriores limbum antemedianum occupant posticeque introrsum nonnihil dilatatae sunt. Structura metasterni ut in *C. furcellata*.

Long. corp. cum memb. 14—15 mm, lat. cum proc. hum. 8 mm.

Lombok (Sapit, 2000 pedes, Mai—Juni 1896, leg. Fruhstorfer), Java occid. (Mons Gede, 8000 ped., Aug. 1892 leg. idem.)

Canth. latipes Stål philippinensis structura processuum humeralium, ut videtur, *C. Vollenhoveni* similis, differt tibiis anticis latis aliisque notis.

Picromerus sundanus n. spec.

P. bidenti L. nostro primo iam intuitu maxime similis, facile distinguitur his notis:

Capitis margine apicali distincte apertangulariter sinuato; tylo quam ingis distincte brevior, apice valde angustato; processu humerali horizontali apice distincte bifisso, ramulo anteriore quam posteriore paulo maiore magisque extrorsum producto, apice sat acuto; ramulo posteriore distinctissimo et acuto; scutello usque ad apicem ipsum nigro-punctato atque hoc apice cum reliquo scutello concolori; angulis imis apicalibus segmentorum connexivalium prominulis apiceque ipso lutescentibus; apparatu evaporativo paulo minore, sulci apice ipso nigro. Ventre vitta mediana subpercurrente aenescenti-nigra ornato. Membrana griseo-flavida; venis distincte obscurioribus.

Long. corp. $12\frac{1}{2}$ mm; lat. cum proc. hum. 8 mm.

Java occid. [Pengalengan, 4000 ped.; Sukabumi, 2000 ped., leg. Fruhstorfer]. — Mus. Hamb., coll. auct.

A *Canthconis* affinissimis differt ventre maris maculis sericeis destituto.

Sastragala lunifera n. spec.

♂. Capite latitudini suae cum oculis fere aequilongo, supra haud nisi levissime ruguloso; tyli dimidio antico longitrorsum foveolato-impresso. Processibus humeralibus pronoti longis (quam capitis cum oculis latitudine distincte longioribus), gracilibus, a basi ultra medium fere cylindricis, apice acutissimis extrorsum directis et quam levissime sursum incurvatis. Pronoti dimidio anteriore glabro; area cicatricali antice tantum serie subirregulari punctulorum fusciscentium inclusa; pronoti dimidio posteriore, scutello (macula rotunda discali excepta), corio clavoque sat fortiter punctatis, punctis omnibus concoloribus. Corii limbo angusto costali connexivoque cum toto corpore infero impunctatis, nitidulis; propleurorum area posteriore obsolete punctulata. Angulis imis apicalibus segmentorum connexivalium subtiliter prominulis; iisdem angulis in segmento ultimo ventrali fere rectis, apice ipso acuminatulis. Lamina sternali prostethii marginem anticum haud vel vix superante, pectus ubique arcte tangente apiceque obtuse angulari instructa. Antennarum articulo primo quam capite paulo brevior; articulo secundo quam tertio in omnibus, quae vidi, speciminibus distinctissime brevior; articulo quarto omnium longissimo.

Laete flavo-lutea; dorso abdominis aurantiaco-rubro. Limbo apicali ventris supra subtusque, apice rostri, pronoti dimidio postico (inter humeros interdum leviter picescenti)

cum processibus humeralibus etiam subtus, nec non scutello nigerrimis; huius macula discali magna subtransversa rotundata laete flava. Hemelytris clare ferrugineo-brunneis, limbo angusto costali glabro albo-luteo. Membrana fuscescenti; macula angusta limbi exterioris ante medium albida; vitta diffusa primum hanc maculam intus terminante et tum marginem ipsum pone medium sequente cum angulo basali inferiore nigro-piceis. Antennis subsordide ferruginescenti-luteis; articulo basali viridescenti.

♂. Segmento genitali maris primo intuitu fere truncato, accuratius viso leviter trisinuato; sinu medio quam lateralibus duplo latiore, haud tamen profundiore; processulis sinus separantibus flavido-barbatis.

Long. corp. cum membr. $9\frac{3}{4}$ —11 mm; lat. cum proc. hum. $7\frac{1}{2}$ —9 mm.

Java orient. (Tengger Montes) et occid. (Sukabumi), leg. Fruhstorfer. — Coll. mea.

Sastragala guttasanguinis n. spec.

♀. Capitis superni parte anteoculari et interocellari transversaliter rugulosa; capite latera versus prope oculos glabro, ante ocellos impressionibus nonnullis scrobiformibus notato; tyli dimidio antico longitrorsum foveolato-impresso. Pronoti dimidio anteriore impunctato, lineis punctatis aream cicatricalem et postice et antice includentibus exceptis. Pronoti dimidio posteriore, scutello, clavo corioque sat fortiter denseque punctatis, huius parte exteriori (extra rimulam plicatoriam sita) cum angulo apicali paulo subtilius et confertius punctata. Processu humerali quam capitis cum oculis latitudine distincte longiore, gracili, acutissimo, extrorsum vergente, quam levissime antrorsum et sursum incurvatulo. Prostethio subobsoleto punctulato; reliquo corpore inferno cum segmentis connexivalibus impunctato, nitido; horum angulis apicalibus subtiliter prominulis, in segmento ultimo acutangulariter (fere rectangulariter) prominentibus. Lamina sternali prostethii marginem anticum haud vel vix superante, pectus ubique arcte tangente, apiceque obtuse angulari instructa. Antennarum articulo primo quam capite nonnihil brevior; articulo tertio quam secundo brevior; quarto omnium longissimo.

Infra cum pedibus, rostro, connexivo, capite toto, pronoti dimidio glabro anteriore nec non corii limbo ipso costali im-

punctato flavo-lutea; ventris incisuris dorsoque abdominis laete aurantiacis. Pronoti dimidio posteriore, scutello clavoque grisescenti-luteis, nigro-punctatis. Tylo (apice saepe excepto), macula (nonnunquam obsoleta) pronoti anterioris inter cicatrices posita punctisque impressis has cicatrices postice anticeque includentibus, processibus humeralibus fascia plerumque distincta inter se coniunctis, macula maxima discali scutelli (saepissime maculam rotundatam pulchre sanguineam, remote nigro-punctulatam includente), limboque postico libero angulorum apicalium segmenti abdominalis septimi supra subtusque nec non rostri apice nigro-piceis vel piceis. Limbo postico processus humeralis sanguineo. Corio ferrugineo vel dilute sanguineo, punctis concoloribus; area exteriori lutea, conflenter nigro-punctulata. Membrana ut in *S. lunifera* m. notata. Pedibus antennisque plus minusve sordide viridescenti-luteis, harum articulis tribus apicalibus dilute ferrugineis.

Long. corp. cum memb. 12—12½ mm; lat. cum proc hum. 9⅓—10 mm.

Java occid. [Mons Gede, Pengalengan (leg. Fruhstorfer)].
— Mus. Hamb., coll. mea.

Mesolea n. gen.

Genus subfamiliae *Tessaratominae*, prope *Piezosternum* Am. S. et *Neosalicam* Dist. ordinandum. Capite minusculo, quam latitudine sua interoculari paulo longiore. Jugis convergentibus, ante tylum contiguis, apice singulatim rotundatis. Pronoto et longitudinaliter et transversaliter subconvexo; parte posthumerali quam antehumerali multo brevior, angulis posticis omnino derotundatis; angulis humeralibus in dentem [acutum extrorsum prominentibus; marginibus anterolateralibus ante medium subrotundatis, pone medium leviter sinuatis, angulis collaribus rotundato-deletis. Scutello quam latitudine sua basali nonnihil longiore, distincte carinato; parte postfrenali lata, apice rotundata. Sutura membranae extus rotundata, intus sinuata membrana minuscula (subdecurtata?), venis e nervo subbasali decurrentibus instructa. Abdomine latiuscule ovali, hemelytra clausa utrimque sat late superante; angulis apicalibus segmentorum in dentes acuminatos rectangulares prominentibus. Ventre, ut videtur, carina mediana omnino destituta; basi in tuberculum nisi latissimum obsoletissimumque haud elevato. Mesosterno leviter tantum elevato; elevatione pentagona, antror,

sum oblique ascendente, postice recte truncata; antice acuminata, inter coxas intermediarum extensa; marginibus lateralibus mox ante basin subcariniformiter elevatulis. Mesosterni disco omnino plano, nec elevato; margine postico tantum ante et inter coxas filiformiter elevato. Rostro mesosterni fere medium attingente. Antennarum articulo primo caput distincte superante; articulis secundo et quarto fere aequilongis; tertio omnium brevissimo; quinto quam primo distinctissime longiore. Alis parvis, subrudimentariis.

A genere proximo *Neosalica* Dist. sumatrano mihi incognito, mesosterno omnino plano, margine postico pronoti haud vel vix retrorsum ampliatio proportionibusque articulorum antennalium primi et quinti aliis satis distincta videtur esse.*)

M. pedestris n. spec.

Antennis quam dimidio corpore nonnihil brevioribus; articulo primo quam tertio (fere tertia parte sua) longiore; articulo secundo quam quarto vix longiore, quinto quam tertio duplo longiore.

Opaca, obsolete punctulata et rugulosa, sordide ochraceo-brunnea; abdomine et mesosterno ferrugineis. Antennis totis, plagula media capitis superioris (saepè obsoleta), margine antero-laterali prothoracis cum dentibus humeralibus, lineolis duabus impressis parallelis (cicatrices singulas introrsum terminantibus), plagis duabus discalibus maiusculis longitudinalibus iuxtapositis pronoti, scutelli lineis duabus carinam utrimque sequentibus, angulis basalibus (maculam parvam rotundatam ochraceam includentibus et retrorsum in lineam submarginalem nonnihil continuatis) nec non limbo lato apicali, corii area costali basin versus, connexivi fasciis latis incisuras supra subtusque occupantibus, lineis duabus transversis impressis cicatricalibus dorsi abdominis, punctis subimpressis ventris pseudoincisurarum extremitatem anteriorem notantibus, limbo spiraculorum, vitta mediana ventris e maculis elongatis composita, nec non limbis quibusdam segmentulorum analium feminae, area evaporativa cum maculis nonnullis aliis pleurorum, pedibus

*) *Neosalica* Dist. (Ent. Monthly Mag. XIX., pag. 157, 158): „Mesosternum with a slightly raised, narrow; triangular keel, the apex of which is very narrow and reaches anterior coxae. . . . Posterior margin (of pronotum) amplified and produced over base of scutellum. . . . Antennae with first and fifth joint subequal and longer than third.“

(vittis binis femorum, altera interna, altera externa, exceptis) nec non rostri et capitis inferioris apice nigris vel nigricantibus. Membrana subsordide ochracea, basi versus angulum interniore infuscata.

♂. Margine apicali segmenti genitalis angulum apertum, apice acuminatum exhibente.

♀. Rudimentis segmenti octavi in angulum 60 graduum exeuntibus; segmentulis analibus convergentibus, apice rotundatis, segmentique octavi rudimenta retrorsum paulo superantibus.

Long. $22\frac{1}{2}$ — $27\frac{1}{2}$ mm.

India borealis (Sikkim, coll. mea).

LITERATUR.

Allgemeines.

Wytsman P., Genera Insectorum.

Die zwei ersten Hefte der „Genera Insectorum“, publicirt durch P. Wytsman in Brüssel (Boulevard du Nord 108), sind erschienen. Bekanntlich hat eine grössere Anzahl hervorragender, entomologischer Specialisten dem Verleger die Zusage gegeben, sich an dem Zustandekommen des grossen Unternehmens, eine Darstellung sämtlicher Insectengenera der Erde, die in zwangslosen Heften herausgegeben werden, zu betheiligen.

Das erste dieser beiden Hefte enthält die Gyriniden-Genera von Dr. M. Regimbart (Evreux). Es umfasst 12 Blätter im Text, in Gross-Quartformat und eine sehr gelungene, schöne Kupfertafel, die in vortrefflichen Figuren die Genus-Typen und ihre Details veranschaulicht. Der Autor bespricht in seiner schönen Arbeit die Entwicklung dieser Coleopteren-Familie, ihre Unterordnungen (*Emphydrini*, *Gyrinini* und *Orectochilini*), gibt auch dazu präcise Bestimmungsschlüssel und Uebersichten, endlich folgt unter dem Titel geographische Verbreitung eine Liste der bis heute beschriebenen Arten, bei welchen aber der Mangel der Citate recht sehr vermisst werden dürfte.

Das zweite Heft enthält die kleine Hymenopteren-Familie der Evaniidae von Abbé J. J. Kieffer. Der Verfasser theilt dieselbe in drei Unterfamilien: *Evaninae*, *Aulacinae* und die neue *Foeninae* ein. Die erste umfasst vier Genera, darunter ein neues: *Zeuxevania*; die *Aulacinae* drei Genera, die *Foeninae* zwei, darunter *Pseudofoenus* n. gen. Nach der allgemeinen Charakteristik der Abtheilungen und Gattungen werden auch kurze dichotomische Uebersichten von ihnen gegeben und am Schlusse jeder Gattung die bekannten Arten, hier mit vollständigen Citaten, aufgezählt unter dem Titel „Distribution géographique des espèces“. Die Tafel bringt im Bilde *Evania minuta* Ol. und Details, namentlich des Flügelgeäders, zur Charakteristik der verschiedenen Gattungen. Beide Arbeiten sind in französischer Sprache gehalten und luxuriös ausgestattet. Der Verleger berechnet für eine Tafel 2 Fr. 50 cent. und 50 cent. für ein Blatt Text. Darnach würde das zweite

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Wiener Entomologische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1902

Band/Volume: [21](#)

Autor(en)/Author(s): Breddin Gustavo

Artikel/Article: [Beiträge zur Kenntniss der malayischen und indischen Pentatomiden. III. 94-101](#)